Conclusio

Praesentes Constitutiones declarat Societas pro animarum quiete non obligare *per se* sub peccato nec mortali nec veniali; ideoque si quis illas transgrediendo sit reus coram Deo, id non ex ipsis Constitutionibus directe provenire, sed vel ex praeceptis Dei aut Ecclesiae vel ex votis, vel denique ex circumstantiis quae huic violationi adjungerentur, scilicet scandalo, contemptu, et similibus.

Decretum.

SSmus Dominus Noster Pius Papa Nonus in Audientia habita ab infrascripto D. Secretario S. Congregationis Episcoporum et Regularium sub die 3. Aprilis 1874. Feria VI. in Parasceve; attentis literis commendatitiis Antistitum Locorum in quibus piae Societatis Presbyterorum a S. Francisco Salesio nuncupatae domus extant, uberibusque fructibus quos ipsa in Vinea Domini protulit, Suprascriptas Constitutiones, prout in hoc exemplari continentur, cujus Autographum in Archivio hujus S. Congregationis asservatur, approbavit et confirmavit, prout praesentis

1913 B6

22456.
10.

+ +

Decreti tenore, approbat atque confirmat, salva Ordinariorum jurisdictione, ad praescriptum Sacrorum Canonum, et Apostolicarum Constitutionum. = Datum Romae ex Secretaria memoratae S. Congregationis Episcoporum et Regularium die 13. Aprilis 1874. = = =

A. Card: Bizzarri Praef.

SACRA CONGREG. EPISCOP. ET REGULAR.
PRO TAXA LIBELLAE Decem =
PRO REFORMAT. VEL COPIA PRECUM LIBELLAE = = =
PRO AGENTIA LIBELLAE Sex

191367

II

S. Archiepus Seleucien. Seiny

16